



Cvrsvs Philosophicvs

Arriaga, Rodrigo de

Antverpiæ, 1632

Dispvatio V. De Toto composito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95614)

materia, difficulter, imò vix posse argumento responderi; ipsi enim nulla alia puncta in continuo admittunt, nisi vniiones, ex parte verò ipsius materiae nulla puncta, nullas lineas, nihil indiuisibile. Vnde sic argumentor euidenter: Non solum non datur actu punctum materiae carens vniione, sed neque prout distinctum ab vniione, nihil est indiuisibile, imò neque concipi potest in quantitate iuxta horum principia; ergo non minus est essentialis materiae vniio aliqua, quam est essentialis homini. Probo euidenter & ad hominem consequentiam, quia idem de essentiali hominis est vniio, quia sine vniione non potest concipi homo; sed sine vniione non potest concipi materia, ergo etiam de essentiali materiae est vniio.

115 Dices, Etiam homo non potest existere sine aliquibus modis, qui tamen non sunt de essentiali hominis. Sed contra, quia non solum materia non potest in tua sententia existere sine vniione, sed neque concipi; alias iam conciperentur & darentur indiuisibilia materiae, quae tamen per vniionem constituerent rem diuisibilem seu partem, quod per hos omnino repugnat, qui docent, exceptis vniionibus nihil indiuisibile concipi posse in materia; at homo, & aliae substantiae, licet existere nequeant sine aliquibus modis, possunt tamen saltem concipi sine illis, imò prius natura ad illos concipiuntur; vnde bene inferitur, eos non esse de hominis essentiali. Confirmo argumento etiam his valde familiari, & peto, an si per possibile vel impossibile à materia separaretur omnis vniio, maneret materia vel
116 non. Si non, ergo vniio est de essentiali materiae: si verò maneret materia, necessario deberet esse indiuisibilis, quia sine vniione non posset esse diuisibilis. ergo etiam nunc posita vniione sunt vera puncta indiuisibilia materiae, licet vnita & constituta totum diuisibile, quod à te negatur. Probo euidenter consequentiam: quia vniio non

tollit indiuisibilitatem punctorum inter se, sed ea inuicem connectit, vt per se patet. Et hoc argumentum notandum est pro his quae agentes de Continuo, Deo dante dicemus. Ipso autem exemplo de modis confirmo rursus hanc doctrinam: quia enim vbicatio non est de essentiali hominis (si enim per impossibile illa non daretur, maneret homo & idem qui nunc, sed non maneret vbicatus, quia in isto effectu iam includitur vt pars ipsa vbicatio) ergo si dicis vniionem non esse de essentiali materiae, teneris fateri, eam ablatam per impossibile, mansura sola indiuisibilia, quae insuper essent verè materia; & tunc infero, iam nunc etiam esse indiuisibilia, sed vnita: vel si negas tunc mansuram materiam, necessum est dicas, de eius essentiali esse vniionem; quia vt bene etiam contra Connotantes argumentaris, ablato per possibile vel impossibile solo illo quod est extra essentialiam rei, non potest dici, per locum intrinsecum rem illam petire. ergo si vniio partium non est de essentiali materiae primae, eam vniione sola per impossibile ablatam, deberet manere materia; vel si hæc non maneret, ergo vniio erat aliquid essentialiter componens materiam, sicut vniio humana hominem, quod contendo.

Subodoratus est hanc difficultatem in sua sententia nonnullus, idem confugit ad sententiam de solis punctis finitis, vt obiectioni supra nu. 125. propositae responderet, additque, in sua etiam sententia non habere vim, quia materia id habet eò quod ex suo conceptu est semper diuisibilis. Admitto hoc illi, sed inde vrgeo argumentum: quia si de conceptu materiae est diuisibilitas, & de conceptu diuisibilitatis est vniio de primo ad vltimum, de conceptu materiae erit vniio, sicut de conceptu hominis est vniio essentialis; ergo materia non creabitur naturaliter, non factis ac non creatur homo. neque video vllam vel apparentem euasione.

DISPUTATIO QUINTA.

De Toto composito.

SECTIO I.

Totum non differt à partibus
& vniione.

1 **R**IPPLVM potest habere solum hæc difficultas. Primus est, vtrum compositum addat aliquid supra materiam & formam simul sumptas, quo sensu agitur à Conimbricensis hic cap. 2. quest. 1. art. 1. vbi docent, probabile esse, addere aliquid aliud. Verum in hoc sensu explicata est à nobis hæc difficultas Disput. iv. Sect. 1. vbi ostendimus, compositum addere supra partes vniionem distinctam ab illis; imò in rigore hoc non est disputare, vtrum totum distinguatur à partibus & vniione, sed solum vtrum distinguatur à partibus solis.

114 Porro vniionem esse de essentiali hominis (idem est in aliis compositis) & non esse conditionem

extrinsecam vt sit homo, probatur argumento à nobis sapè facto contra Connotantes: quia sola ablata vniione inter animam & corpus, omnibus licet aliis per possibile vel impossibile manentibus, non manet homo; ergo sine vniione non manet tota essentiali hominis, ergo vniio est aliquid de eius essentiali. In hoc non oportet magis hærrere.

Secundò quæri potest, vtrum compositum 2 distinguatur ab omnibus suis partibus, & vniione illarum. Et in hoc sensu videtur explicatis terminis euidentissima pars negatiua: nam vel illud, quod potest dici addere compositum supra omnes partes & vniionem, est aliquid ipsius compositi, vel non. si non est aliquid compositi, ergo compositum non illud dicit, ideoque nec addit illud supra omnes partes: si verò illud est aliquid compositi, ergo iam est pars compositi, ergo intrinsecum partium compositi numerum, ergo supra omnes partes & vniionem nihil potest addere compositum.

Obiicies Primò: Totum generatur & corrumpitur,

rumpitur, non verò partes illius, ut patet in homine; ergo totum aliquid distinctum est à partibus. Hoc argumentum probat distinctionem vnionis à partibus: nam ex corruptione vel generatione vnionis corrumpitur vel generatur homo, in aliis compositis etiam tunc generatur vel destruitur forma substantialis; hinc autem nullà ratione probatur, totum distingui à partibus & vnione.

3 Obiicies Secundo: Causa debet distinguari ab effectu; sed partes sunt causa compositi, ergo hoc debet distinguere à partibus. Hoc argumentum probat, non solum compositum addere aliquid supra partes, sed partes etiam adaequare: distinguere à composito, sicut causa debet adaequare distinguere ab effectu. Respondeo ergo, partes non esse propriè causas compositi, sed solum secundum quid & improprie, quatenus per communicationem hic medià vnione illud constituitur: ad quod non requiritur ut distinguantur à toto composito, imò potius debent esse idem cum illo; requiritur autem, ut partes inter se distinguantur adaequare, à toto verò quaelibet inadaequare. Hinc inferes, vnionem non esse propriè causalitatem in composito, quia sicut partes non sunt propriè causae, ita nec vnio erit propriè causalitas, sed solum Metaphoricè.

Rogabis, an saltem ratione nostrà distinguatur totum ab omnibus partibus & vnione. Respondeo, solum distinguere penes conceptum magis vel minus explicitem, sicut homo distinguitur ab animali rationali, non autem obiectiue, neque ut vna formalitas ab alià, etiam si in aliis rebus creatis admitteremus eiusmodi formalitates obiectiue distinctas: neque penes diuersa connotata, quia eadem quæ respicit homo, respiciunt materia & anima inter se vnita.

4 Tertius tandem sensus questionis est, virum compositum v.g. homo, addat aliquid ultra materiam, formam & vnionem; an verò hæc sint tota hominis essentia. P. Vasquez Tomo 1. in 3. Partem disp. 19. num. 26. censet, ex formà substantiali deriuari in materiam quoddam esse substantiale, à formà, materià & vnione distinctum; in formis autem accidentalibus non admittit aliquid accidentale deriuatum à formà in subiectum, quia albedo, inquit, nullà alià ratione facit album, nisi se ipsam communicando subiecto. Hæc secunda pars videtur certa. Primam probat, quia corpus hominis v.g. non solum recipit animam, sed etiam viuere & est principium sentiendi; ergo quia recipit ab animà aliquid esse substantiale. Sed retorqueo argumentum contra P. Vasquez: illud esse substantiale, quod à formà

5 deriuatur in materiam, est distinctum ab ipsà materià, ergo materia in tantum poterit viuere & esse principium operationum sentiendi, in quantum est vnita illi esse substantiæ, tamquam cum formà; ergo ut recipiat ab animà rationali denominatione viuens, &c. sufficit illam vniri cum ipsa tamquam cum formà, sicut sufficit vniri cum ipso esse substantiæ deriuato ab ipsà formà: & sicut illud esse substantiale per modum formæ, etiam si ex illo non deriuatur aliud esse (alioquin daretur processus in infinitum) communicat suum effectum formalem materiæ per vnionem sui cum illà; ita similiter illud communicabit ipsa forma substantiæ immediate per se sine alià deriuatione, quia magis viuens est ipsa

anima, quàm illud esse deriuatum; & tam anima vnitur materiæ, quàm illud esse, ergo tam anima communicabit immediate vitam, quàm illud esse medium.

Secundo arguit: Anima, cum sit spiritalis, per se ipsam non potest tribuere materiæ esse corporis animalis, &c. ergo debet ab illà deriuari aliud esse substantiale distinctum, quo materia compleatur in ratione corporis animalis, &c. Hoc argumento deberet probare P. Vasquez, animam esse extra rationem hominis, quod est contra ipsum. Patet sequela, quia ipse docet per animam rationalem non posse materiam compleri in ratione animalis, ergo completur in ratione talis per aliquid distinctum ab animà, & in quo ipsa non includatur; ergo animal, signando hominem, non dicit animam rationalem, ergo neque eam dicit homo. Patet hæc vltima consequentia, quia *hoc animal*, signando hominem, rectè prædicatur de homine, & è contrario: vnde nihil potest reale esse essentiale homini, quod non sit huic animali. Si enim aliquid esset diuersum, sicut non bene prædicatur, *homo est anima*, eò quod homo dicit aliquid aliud; ita nec, *homo est animal*. Neque hic potest habere locum doctrina nostra de significato in recto, quia homo animam dicit in recto, ergo si hanc non includit etiam animal, non poterit rectum hominis & animalis esse idem inter se absolute, & consequenter nec idem significari, neque de homine animal prædicari, aut è contrario. Deinde, ab animà in homine non potest deriuari esse materiale, quia ipsa est spiritalis; ergo debet deriuari esse spirituale, de quo reddit difficultas P. Vasquez, quia scilicet ratione possit complere materiam in ratione animalis, &c. Denique respondeo, viuens etiam corporeum, animal, &c. solum includere materiam, vnionem, & formam, siue forma sit spiritalis, vt humana, siue materialis, vt reliquæ; & ratione huius ponitur in Prædicamento Substantiæ corporeæ, iuxta dicta Disputatione 111. ubi ostendimus contra Scotum, non esse in homine necessariam formam corpori-tatis.

Tertio arguit: Quia materia habet vitam corruptibilem; sed anima rationalis est incorruptibilis, ergo vita materiæ non est ipsa anima rationalis. Respondeo, corpus viuere corruptibiliter, quia licet vita quam habet, id est anima rationalis, sit in se incorruptibilis, vnio tamen ipsius corporis cum hac vitâ, est corruptibilis; vnde respectu corporis perinde se habet, ac si ipsa vita anima esset corruptibilis.

Reicienda ergo P. Vasquez opinio, tum quia (sicut ipse & merito docet) forma accidentalis præcisè per vnionem sui cum subiecto sine alio esse deriuato ab ipsà formà, communicat suum effectum formalem accidentalem subiecto, ita substantiæ forma præcisè per vnionem sui communicabit suum effectum formalem substantialem materiæ. Et ratio à priori est, quia effectus formalis formæ nihil aliud est, quàm forma vnita subiecto capaci; si forma fuerit accidentalis, effectus formalis erit accidentalis; si forma substantiæ, erit substantiæ & effectus. Quod confirmo hac ratione: quia tam potens est forma substantiæ in genere substantiæ, quàm accidentalis in accidentali; ergo sicut hæc per se lam

lam vnionem sui constituit totum accidentale, ita illa per solam vnionem sui, sine alio esse distincto deriuato ab illa, constituet totum substantiale. Denique dispicit ea sententia P. Vasquez, quia omnia illius argumenta probant aequè, vt vidimus, illud esse substantiale deriuatum à formâ, non posse suum effectum communicare materię sine alio esse deriuato, & sic in infinitum, ac ipsam formam non posse per sui vnionem effectum substantialem formalem materię communicare: ergo sicut non est admittendum aliud esse substantiale tertium, deriuatum ab illo secundo, quod ponit Vasquez, ne detur frustra processus in infinitum, ita neque illud secundum à formâ deriuatum admitti debet.

SECTIO II.

An accidentia materialia subiectantur in toto composito.

ACCIDENTIA spiritalia hominis in solâ subiectantur formâ rationali, quia nihil spirituale potest in materiali subiectari, ideoque præsens quæstio solum est de accidentibus materialibus, quæ sunt in duplici genere; aliud enim est quantitas (si distinguatur) coeua materię, & incorruptibilis sicut illa; alia sunt accidentia communia corruptibilia, vt calor, frigus, &c. & de vtriusque potest esse quæstio præsens.

SUBSECTIO PRIMA.

Sententia affirmans, quantitatem & alia accidentia communia recipi in formâ substantiali, reijcitur.

THOMISTAE communiter apud P. Suarezium Disput. 14. sect. 3. num. 6. quos sequitur Vasquez Tomo 2. in 3. Partem, disp. 129. num. 30. Rubius de Generatione cap. 4. tract. 3. quæst. 7. num. 17. docent, quantitatem recipi in toto composito. Eorum fundamenta probant etiam idem de accidentibus communibus, de quibus etiam idem sentiunt.

Primum sit ex Aristotele, asserente, in corrupto nullum sensibile ex præcedentibus manere, ergo sentit, illa subiectari in toto composito, alioquin non perirent præcisè ex defectu formæ. Quidam explicat Aristotelem de sensibili substantiali, id est, de ipsâ formâ substantiali quæ corrupta est. Hæc explicatio est extra mentem Aristotelis, tum quia dicit, nullum ex sensibilibus præcedentibus manere, ergo non loquitur de sensibili substantiali, seu de formâ, quia hæc tantum erat vna; Aristoteles autem supponit fuisse multa sensibilia, ergo per sensibile solum intellexit accidentia, quæ sunt plura in eodem composito. Deinde dum dixit Aristoteles, compositum substantiale fuisse corruptum, dixit iam ibi non manere formam substantialem: ergo quando postea addit, in eo composito corrupto nullum sensibile manere, non solum significat non manere formam substantialem, quia hoc iam erat dictum, sed nec manere accidentalem. Respondeo ergo, etiam si Aristoteles senserit, accidentia corrupti non manere in genito; non tamen inde inferri, illum sen-

fuisse illa subiectari in toto composito: nam etiam si in illo non subiectarentur, possent ab illo pendere in alio genere causæ, & ex eius defectu corrumpi. Adde, de quantitate ipsum non locutum, quia quantitas non est propriè accidens sensibile.

Secundò arguunt ratione: Quia in corruptione fit resolutio vsque ad materiam primam, ergo accidentia subiectantur in toto composito. Falsum Antecedens, quia in cadauere v. g. manet color, calor, & alia plura accidentia, quæ fuerant in homine viuo. Nec potest dici, illa non esse eadem numero, sed solum specie cum præcedentibus, tum quia nulla est causa à quâ ea accidentia distincta producantur de nouo, tum quia ea pereunt paulatim post introductionem formæ cadaueris; ergo quia non sunt dispositiones ad illam, ergo nec de nouo producantur ad ingressum illius, sunt ergo eadem numero quæ antea fuerant. Deinde mala consequentia, quia etiam si perirent ea accidentia ad defectum formæ, non sequeretur subiectari in formâ, sed ab illâ pendere in alio genere causæ, vel finalis vel efficientis, vel vt à conditione.

Tertiò: Quia materia est pura potentia, ergo ipsa sola non potest recipere accidentia. Antecedentis falsitatem Disput. 11. ostendimus; consequentia verò malitia vel inde contra ipsos ostenditur, quia materia prima sola recipit formam substantialem: nam hæc, cum sit pars illius compositi, non potest in toto illo subiectari, & tamen hoc non impedit, materiam primam esse puram potentiam; ergo nec impedit, ne accidentia subiectentur in materiâ.

Quartò: Quia prius est esse substantiale quàm accidentale, ergo materia prius recipit formam substantialem quàm accidentalem, ergo accidentalis forma subiectatur in materiâ & in formâ substantiali. Respondeo, esse substantiale, non semper esse prius executione quàm accidentale, imò potius è contrario; natura enim exorditur ab imperfectioribus, & progreditur ad perfectiora: vnde, prius quàm in ligno introducat formam substantialis ignis, introducit calor & alia accidentia, quæ sunt dispositiones ad ignem. Imò hinc retorqueo argumentum contra ipsos, quia prius sunt dispositiones accidentales ad aliquam formam, quàm sit ipsa forma, ergo illæ non subiectantur in formâ, ergo nec in toto composito. Secundò respondeo, etiam si prius esset non solum in intentione, sed & in executione, esse substantiale quàm accidentale, & consequenter prius materia reciperet formam substantialem quàm accidentalem, adhuc non sequitur, hanc debere recipi in substantiali formâ, licet in multorum sententiâ prius materia recipit animam rationalem, quàm potentias materiales, & tamen hæc solum in materiâ subiectantur.

SUBSECTIO SECVNDA.

Ea accidentia in solâ materiâ recipiuntur.

TENENDVM igitur est cum communi, quantitatem & accidentia communia recipi in solâ materiâ primâ. Auctores qui hanc sententiam tenent, vide apud Suarezium Disput. 4. sect. 3. num. 10.

num. 10. & Hartadum Disputat. 6. num. 8. quibus ipsi subscribunt. Et quidem quantitatem non recipi in formâ, probatur à nonnullis, quia materia debet ante operationem ita esse extensa, ut ab agente extrinseco operante in illam, non possit ad punctum reduci, ne possit una pars cum aliâ penetrari, quâ impenetrabilitas oritur à quantitate; ergo quantitas prior est quàm introductio
 14 formæ substantialis in materiâ. Hæc ratio levis est: quia eo ipso quod in instanti reali materia habeat quantitatem, non potest ad punctum reduci, nec una pars cum aliâ penetrari, ergo ex hoc capite non requiritur, quantitatem prius naturâ esse in materiâ quàm formam substantialem, sed sufficere simul esse cum illâ.

Alij eam quantitatem prærequirunt, ut mutuo possint agens & patiens sese physicè tangere, prout requiritur ad operandum. Sed contra, quia contactus requisitus inter agens & patiens, solum est indistantia localis, ad quam nullo modo requiritur quantitas, ut patet in Deo & in Angelis, qui sine quantitate sunt indistantes localiter à passio.

Alij hanc probant argumento sibi valde familiari, sed non minus inefficaci, scilicet: Quantitas non potest in homine recipi nisi in solâ materiâ, ergo idem etiam continget in aliis compositis. Consequentiam bonam iudicant, quia si materia in homine habeat virtutem adequatam ad quantitatem sustentandam, & hæc est contenta cum solâ materiâ, cur etiam non erit ubique, siue hæc siue alia succedat forma? Antecedens verò probatur, quia quantitas non potest animam rationalem facere extensam, ergo nec potest illi communicare suum effectum formalem, ergo
 15 nec in eâ recipi. Patet hæc ultima consequentia, quia natura dat formas subiectis, ut illis communicent suum effectum formalem, ergo si subiectum sit incapax effectus formalis, erit incapax formæ. Hoc argumentum & ratione & instantiâ ad hominem manifestâ reicitur. Instantiâ quidem, quia ipsi ponunt sensationes materiales recipi in materiâ, quam tamen non reddunt sentientem. Respondent, communicari materiæ totum effectum formalem sensationis materialis, quia hic effectus nihil est aliud nisi habere imaginem obiecti. Sed quis hinc non statim videat, quàm evidenter ipsi reiciantur? quia anima, etiam si non reddatur quanta, reddetur in se habens quantitatem, & consequenter accipiet effectum formalem non minùs quàm materia, quæ à sensatione vel imagine obiecti, nullum per te alium habet effectum formalem, nisi quod redditur habens imaginem. Confirmo & explico doctrinam: si hi velint nullam formam posse uniri naturaliter subiecto, nisi tribuat illi in concreto effectum formalem, quem forma videtur in abstracto significare, v. g. si sit albedo, reddat album; si nigredo, nigrum; si calor, calidum: & hinc inferunt, quantitatem debere reddere
 16 *quantum*. Si in hoc sensu loquantur, improbabiler loquantur, quia actio non reddit subiectum, in quo recipitur, agens aut actum.

Dices: Reddit illud *patiens*. Sed contra, ipsa non solum est passio, sed etiam actio; ergo si tuum argumentum aliquid valeret, deberes etiam illud reddere vel actum vel agens, quia ipse habet in abstracto denominationem actionis, cuius

concretum est vel actum vel agens, sicut concretum quantitatis est quantum per te. Verge, insistendo illi exemplo de sensatione: non solum materia accipit qualitatem seu imaginem obiecti, sed totam sensationem, quia sensatio dicit per te & qualitatem & actionem; utrumque autem in solâ materiâ accipitur, & tamen non reddit illam sentientem, ergo. Quod si hi solam velint, semper omnem formam debere communicare effectum aliquem formalem subiecto, id eis admitto, & dico, quantitatem posse reddere animam habentem quantitatem, seu quantificatam, & hoc sufficere ut in eâ possit recipi.

Hæc circa Antecedentis veritatem. Circa consequentiam verò ex homine ad alia entia, fateor me eam olim reputasse bonam; sed in hoc obicit mihi inconsequentiam, eo quod, sicut dixi casu quo relationes essent distinctæ, vnicam tantum dandam inger res essentialiter penetratas, quæ in utroque extremo subiectarentur, etiam si inter alia extrema distantia inter se, duplex deberet poni relatio, propter specialem difficultatem; ita etiam deberem dicere, quantitatem in homine recipi in solâ materiâ, in aliis verò compositis etiam in formâ, quia diuersa est ratio in vno ac in alio. Respondeo tamen, nec vestigium inconsequentia hæc apparere: quia in eo casu non ponerem ego vnam eandemque relationem iam in vno iam in duobus subiectis receptam, prout hic deberet dici de eadem etiam numero quantitate. Neque quidquam refert, quod vno quantitatis etiam futura esset in homine diuersa ab vnione quæ in aliis; quia hic non agimus de subiecto vnionis ad quantitatem, sed de ipsâ quantitate, pro quâ videtur otiosum, iam vnum iam duo subiecta querere. Vnde videtur bene inferri,
 18 quod si in homine sufficit materia ut sit subiectum quantitatis, etiam sufficere in aliis eadem materia pro eadem quantitate: at ubi est necessitas ponendi duas distinctas relationes, eas admittere, vnicâ verò, diuersam tamen ab illis duabus, ubi vnica videtur sufficere (ut in extremis essentialiter penetratis supra dixi) nō videtur quam habeat inconsequentiam, vel quomodo ex his quæ de subiecto quantitatis dixi impugnari possim.

Dixi, me olim iudicasse bonam eam consequentiam: iam enim mihi occurrit, forte posse ab aliquo negari, dicique, sicut causæ efficientes, vnus ignis v. g. quando solus est, adequatè producit alium, quando verò est coniunctus cum alio agente, partitur suum concursum; ita similiter materiam in homine, quia sola est apta ad sustentandam quantitatem, solam influere; verum quando adest forma substantialis, quæ etiam est potens, tunc partiri eam illâ suum concursum. Nec facile hæc responsio redargui potest, ergo argumentum illud ex Antecedenti falso constat, & consequentiâ nullâ.

SVBSECTIO TERTIA.

Vera Conclusionis probatio.

19 **I**tem probandum est, quantitatem recipi in solâ materiâ eadem ratione, quâ de aliis accidentibus communibus; ea autem sit, quia, ut dixi numero 13. quantitas & alia accidentia, quæ erant in corrupto, manent in genito; ergo non sub-

subiectantur in formā corruptā. Pater consequentia, quia accidentia non possunt migrare ab vno subiecto in aliud. Respondet quidam, accidentia posse migrare à subiecto inadæquato ad subiectum inadæquatum, sicut potest idem effectus, v. g. ignis, nunc pendere ab vnâ causâ efficiēte, v. g. ab igne, in primâ generatione, & postea ab aliâ causâ, scilicet à solo Deo; neque enim maior est dependentia à causâ materiali, quàm ab efficiēte. Sed contrā, quia si hæc ratio quidquam probat, probat etiam, posse accidens migrare à subiecto totali in aliud totale distinctum, quia non est ratio, cur possit mutare subiectum inadæquatum, non verò adæquatum; sicut effectus non solum potest mutare causas partiales, sed etiam totales, loquor de causis creatis. Dicendum ergo est cum communi, omnes formas materiales, etiam substantiales, etsi non magis dependant à subiecto quàm à causâ efficiēte, tamen magis alligatas esse tali subiecto numero, quàm tali numero causæ efficiēti. Vnde, etsi hæc numero forma ignis possit nunc pendere ab hac causâ efficiēte, & postea ab aliâ, non tamen potest nunc subiectari in hac materiâ, nunc in aliâ, etiam partiali; quod ab arguente supra notatum non est. Confirmo hoc: magis alligata est forma materialis huic numero subiecto quàm animus rationalis; sed animus rationalis non potest subiectum totale in aliud totale mutare, quia ex vno corpore integro nequit in aliud integrum saltare, & solum potest ab vnâ parte corporis in aliam aggeneratam intrare; ergo forma materialis, quæ magis est alligata subiecto, non poterit non solum totale, sed nec partiale mutare. Video hoc argumento non posse absolute efficaciter aduersarios vrgeri, qui si velint dicere, accidens saltare de subiecto in subiectum parziale, imò & totale, nec experientia nec ratione à priori solida & euidenti conuincuntur. Possunt tamen vrgeri, quia omnino gratis dicunt, posse à subiecto inadæquato, non verò ab adæquato. Imò ipsi propterea dicunt, omnia accidentia corrumpi, quia perit partiale subiectum, bene ergo contra illos arguitur, Non pereunt accidentia, sed remanent; ergo manet adæquatum subiectum, ergo hoc est sola materia prima.

Secundò probō eandem sententiam, quia plura accidentia sunt dispositiones ad formam subsequentem, & consequenter intelliguntur prius naturâ quàm formâ; ergo illæ non subiectantur in ipsâ formâ, quæ pro illo priori non intelligitur existens, intelliguntur autem pro illo priori ea accidentia cum omnibus suis causis, quia intelliguntur existentia.

Primò respondet Thomistæ, adstruendo mutuam dependentiam à priori inter formam & dispositiones; vnde dicunt, formam esse priorem dispositionibus, quatenus est causa materialis illarum, & hæc esse priores formâ quatenus disponunt ad illam, quæ prioritas mutua cum sit in diuerso genere, non repugnat. Libro II. ex professo impugnabimus hanc mutuam dependentiam à priori, nunc solum addo, eam in præsentia non habere locum: nam si daretur, esset in eodem genere causæ materialis, nam in eo dispositiones sunt priores formæ, & hæc prior dispositionibus; ipsi autem aduersarij negant mutuam prioritatem in eodem genere.

Secundò respondent, eas dispositiones nō durare in instanti quo introducitur forma substantialis, sed tunc produci de nouo alias eiusdem speciei, præcedentes autem reliquissæ sigillatam materiam ad hanc formam. Sed contrā Primò, quia si in instanti generationis non existunt dispositiones præcedentes, quâ ratione possunt tunc sigillare materiam ad hanc numero formam? nam materia sigillatur à dispositionibus vt à formis, forma autem non potest Physicè informare vel sigillare, si non existit Physicè; nam antea extitisse, est pura denominatio extrinseca, quæ de præsentia nihil prodest Physicè. quomodo autem materia prima, quæ caret memoriâ rerum præteritarum, recordabitur se fuisse sigillatam ad hanc formam, vt ideò non patiat aliam introduci? Contrā Secundò, quia nullum est agens, à quo corrumpantur illæ dispositiones, imò potius omnia agentia naturalia maiori vi eas conantur producere, quando introducitur forma ad quam disponunt: ridiculum autem est, dicere, ignem ita laborare disponendo lignum pro formâ ignis, & producendum calorem, siccitatem, aliaque accidentia, quæ tamen nihil deferunt ad formam ignis, sed peritura sunt inutiliter ante formæ productionem.

SVBSECTIO QVARTA.

Obiectiones solute.

OBIECTIO: Formâ materialis dicitur quanta & extensa, ergo recipit in se immediatè quantitatem. Nego consequentiam, quia denominatur quanta à quantitate recepta in materiâ cui vnitur forma; sicut etiam homo dicitur intelligere, non quia intellectio recipiatur in toto homine, sed quia recipitur in vnâ parte, scilicet in animo rationali.

Propter hoc argumentum, nonnulli recentiores opinati nobiscum, quantitatem, ceteraque accidentia non posse materialiter à formâ causari; dicunt tamen, ea recipi in formâ vt in subiecto inhaesionis (voluerunt fortè dicere, receptionis) sicut anima rationalis in corpore, à quo tamen non pendet. Id autem Primò probant, quia ita forma substantialis informat materiam, vt nequeat assignari locus vbi materia sit, in quo etiam non sit forma; ergo non possunt esse accidentia in materiâ, nisi sint vbi est forma, ergo nisi informet formam. Sed hoc argumentum non est Philosopho dignum: longè enim aliud est, esse in eodem loco: & longè aliud, informare & vniri. nos enim sumus in eodem loco cum Deo, & Angeli nobiscum penetrantur, nec tamen intercedit vlla formæ aut subiecti vnio: & ad hominem ipsi vrgentur, quia idem argumentum fieri potest de animo rationali, qui totum corpus informat, & est in loco vbi sunt hæc materialia accidentia, & tamen ipsi docent expresse, ea non vniri aut recipi in animo. Idem etiam secundò ad hominem vrgetur: ponit enim duas vniones, vnâ in solâ formâ, alteram in solâ materiâ, quæ ambæ proculdubio sunt in eodem loco cum vtroque extremo, nec tamen ambæ in quolibet recipiuntur. Malè ergo ex coexistentiâ in eodem loco accidentium cum formâ substantiali, eorum mutuam intulit vnionem.

D d

Secun-

Secundò obicitur, proprium esse substantiæ, subesse accidentibus; ergo forma substantialis debet ea omnia recipere in se. Sed contrà, Animus rationalis tam perfectè est substantia, quàm alia formæ. & tamen non recipit per se ea accidentia. Respondeo ergo, vel substantiam non consistere in eo quòd substat, sed quòd sit radix prima; vel si in eo consistit, non id respectu omnium accidentium intelligendum est, quia forma non recipit durationem & vicationem materiæ, in tuâ etiam sententiâ, licet alia accidentia communia recipiat.

Tertiò: Quia forma indiget eis accidentibus ut perficiatur, ergo debet illis immediatè vniri. Hoc Antecedens non probatur, sed supponitur ab his, idèò eis negatur etiam eadem facilitate. Rogo enim, vnde hanc formæ nuditatem vel exigentiam viderint, vel quâ experientia eam deprehenderint, ut tam audacter eam asserunt?

Simile est huic quartum argumentum, scilicet frustra ignem v. g. laboratorum ut suas passionem producat: si eis non perficitur, eas non recipit in se. Confirmatur: hæc accidentia non se habent disparatè cum formâ, & cum sint in eodem subiecto, debent inter se vniri, non autem ita ut quantitas mediet inter materiâ & formam (hoc enim tolleret vnionem immediatam); ergo debent accidentia immediatè vniri formæ. Contra hoc argumentum & eius confirmationem etiam instatur in animo rationali, qui petit in materiâ eas dispositiones, sollicitusque de illis est, nec se habet disparatè ad illas; & tamen per se illis non vnitur. Videas ergo, quid sit hic dicendum, & hoc tibi applica. Dico ergo, eas dispositiones & passiones exigi, tamquam perficientes & ornantes subiectum, & ab eis formam pendere ut à conditionibus partim antecedentibus, & sublequentibus partim, tenentibus tamen se ex parte subiecti præcisè, quo responderetur confirmationi, potestque quali ex humanis exemplum aptum asserri. Ut enim excipitur honestus aliquis hospes, domus mundatur ornatque, nec tamen tapetia, imagines, panni; pretiosi vnuntur aut recipiuntur in hospite, sed hic in domo illis ornata: ita forma non recipit ea accidentia, intrat tamen in materiâ illis ornatam.

Vltimò: Quia nullum omnino potest accidens recipi in materiâ, quod non recipiatur etiam in quantitate, ergo & quod non recipiatur in forma ipsâ substantiali. Iste error peior est prioribus. Numquid duratio materiæ recipitur in quantitate, etiam in sententiâ ipsius? Numquid productio seu creatio materiæ recipitur in quantitate? Vel quæ potest esse saltem apparens ratio, quâ probetur, omnia quæ materia recipit, recipienda in quantitate magis quàm in aliis accidentibus existentibus in materiâ? De quo vide Subsectionem sequentem, vbi nec accidentia communia in quantitate subiectanda ostenduntur.

Hæc isti pro se, Quibus si obicitur, accidentia transire de subiecto in subiectum, iuxta ipsorum doctrinam, calor enim qui informabat primò formam ligni, postea informat formam ignis; respondent, non esse vllum inconueniens, si accidentia mutant subiectum informationis, à quo non causantur nec dependent; subiectum

verò sustentationis non mutare, quia hoc sola est materia.

Ego do huic sententiæ (licet eius argumenta 19 displiceant) non esse absurdum vllum aut repugnantiam in eo, quòd accidentia vniantur ad hæc formæ ad quam disponunt, nec facile id posse benè impugnari. Tamen, quia non videtur hoc necessarium, & debeat secunda vnio distincta poni quâ vnirentur, quo pacto multiplicentur entitates sine necessitate, ab hac sententiâ sum alienus. Tandem quia iuxta ea quæ dixi supra, agens, in quo consistit ratio subiecti, si ea accidentia præsupponantur ad formam ignis, non est modus explicandi, cur ipsa non sint subiectum formæ, forma verò ignis ut subiectum ea recipiat, nisi velis formam tantum esse terminum intrinsecum illorum.

Aduerte, quando dixi, accidentia non recipi in formâ ut in subiecto, me locutum non de omnibus accidentibus, duratio enim & vicatione materialis formæ non recipitur in materiâ, sed in formâ, de quo infra. Item omnes potentie 30 sensitiuæ & appetitiuæ, earumque actus, recipiuntur in formâ. Maior difficultas est de aliis passionibus formæ substantialis, v. g. de leuitate ignis, de grauitate ferri, de virtute attractiua magnetis, &c. Probabilius censèo, huiusmodi passiones etiam subiectari in formâ substantiali cuius proprietates sunt, nec rationes supra factæ de aliis accidentibus in præfati difficultatem habent: quia eiusmodi passiones non præintelliguntur ad formam, sicut alia accidentia, quæ sunt dispositiones ad illam, & præsupponuntur in materiâ receptæ. Excipio tamen eas passiones, quæ sunt eiusdem speciei cum dispositionibus ad formam, v. g. de calore ut octo, qui est passio ignis; de frigiditate ut octo, quæ est passio aquæ, &c. Nam licet octauus gradus non præintelligatur ad formam ignis, quia tamen præintelligitur quartus, qui est eiusdem speciei cum octauo, & præterea omnes gradus intensiōis debent esse in eodem subiecto, idèò octauus gradus, sicut & 31 quartus, in solâ recipitur materiâ; alia verò propriæ passiones formæ in solâ formâ, nisi quæ sunt materiales, & in homine propter animam requirunt aliud subiectum, de quibus suo loco.

SVBSECTIO QVINTA.

Ut quæ quantitas recipiat immediatè accidentia communia.

LOCUTUR de accidentibus, quæ Subsectione 1. dixi in solâ materiâ recipi, de quibus quærimus, an immediatè in materiâ, an verò immediatè in quantitate, & eâ mediante in materiâ recipiantur. Pro quâ quæstione supponimus, quantitatem distingui à materiâ, alioquin nulla esset difficultas.

Communis sententia docet, illa recipi in quantitate. Ita P. Suarez Disputat. 14. Metaphysicæ, sectione 4. & recentiores communiter, secuti D. Thomam 3. Parte, quæst. 77. art. 2. Durandus in 1. distinct. 8. Parte 2. quæst. 41. In contrarium; stat P. Hurtado Disputat. 6. §. 55. vbi pro eâ refert plures ex antiquioribus. Sed illi supponunt, quantitatem non distingui à materiâ; ex quo necessario

cessario sequitur, illa accidentia immediatè in materiâ recipienda.

Videamus, quæ sint vtriusque partis argumenta, ut tandem in re, quæ experientiâ aut ratione ab eâ desumptâ decidi nequit, quid probabilius appareat, colligere possimus.

Pro negatiua parte Primò arguit Hurtadus: Quia effectus quantitatis solum est extendere materiam, & eam reddere impenetrabilem ut possit recipere formas substantiales; sed ad hoc non requiritur, ut ipsa recipiat immediatè accidentia materialia, ergo. Sed negant aduersarij Antecedens. docent enim duo à quantitate præstari, & materiam extendi, & recipi immediatè accidentia in ipsâ, propter rationem infra ponendam; quæ an sit solida, infra etiam videbitur.

33 Secundo idem argumentatur: Quia dispositiones materiales disponunt materiam, non verò quantitatem ad receptionem formæ substantialis; ergo debent recipi in ipsâ materiâ, quia dispositio debet esse in eodem subiecto, in quo recipitur forma ad quam est dispositio: forma autem substantialis non recipitur in quantitate, sed in materiâ. Respondetur facillè, materiam disponi per receptionem mediatam earum dispositionum; quæ subiectiont in quantitate immediatè unita cum materiâ, & id sufficere ut determinetur ad formam substantialem, neque esse necessarium ut immediatè in eodem subiecto forma & dispositio recipiantur. Nam sicut potest causa efficiens determinari ad effectum producendum per aliquid, quod non subiectiont in ipsâ vilo modo; ita etiam poterit causa materialis determinari & disponi per formam solum mediatè sibi unitam.

34 Tertiò alij, quia totum esse accidentis, est in ordine ad substantiam; ergo conuenientius est ut omnia accidentia immediatè recipiantur in substantiâ, quàm in alio accidenti, nisi aliqua vtgeat ratio, qualis non est in præfenti. Respondet, accidens esse illud, quod est extra primum conceptum rei, hoc autem æquè perfectè saluatur, siue illa accidentia immediatè in substantiâ, siue immediatè in alio accidenti subiectiont. vnde tam perfectè saluatur ratio accidentis in vbicatione propriâ quantitatis, quàm in ipsâ quantitate, licet hæc immediatè in substantiâ, illa verò in accidenti subiectiont. ergo ex hoc capite non est negandum, accidentia materialia recipi in quantitate.

Pro oppositâ sententiâ Primò arguunt: Quia sicut ignis vultu potentia distincta ad calefaciendum, ita materia debet vti ad recipiendum; ergo mediantè quantitate. Bonè respondet P. Hurtado, hoc argumento non magis probari de quantitate, quàm de albedine; probatur enim potentia distincta, sed quod ea sit quantitas, vnde? 35 Ego etiam retorqueo argumentum. Ipsi fatentur, ignem in se producere calorem immediatè per naturalem saltem emanationem, licet ad extra mediatè; ergo cum materia in se & intra se recipiat accidentia, id non faciet per aliam potentiam, sed immediatè per se.

Secundum argumentum desumitur ex mysterio Eucharistiæ. Ne enim concedantur plura miracula, quotiescumque species sacramentales alterantur, videretur dicendum, solam quantitatem conseruari sine subiecto, & hoc miraculosè;

reliqua verò accidentia naturaliter conseruari, quia conseruantur in proprio subiecto, scilicet in quantitate. Nam si omnia immediatè reciperentur in materiâ, omnia miraculosè conseruarentur, & consequenter esset miraculum nouum, quotiescumque species sacramentales reciperent vel calorem, vel lucem, vel frigus, quod videtur incredibile.

Huic argumento respondet etiam Hurtadus, 36 concedendo eam multitudinem miraculorum, additque, de miraculis philosophandum esse consequenter ad cuiuscumque opinionem, & si ne formidine ea multiplicandi; nam Deus, qui efficit vnum reliquis admirabilius, poterit etiam & ea plura facere.

Hanc solutionem approbo, & vterius confirmo: quia si propter vitanda miracula debemus in rebus physicis inuertere naturas rerum, quando nec ratio nec experientia cogit, etiam possemus propter eandem rationem dicere, accidentia & quantitatem non pendere à materiâ, ne concedatur illud miraculum. Stando enim in ratione & experientiâ, sicut non potest ostendi posituè, accidentia non recipi in materiâ, & ideo à te negatur, ut vitentur miracula, ita etiam non est positua ratio ostendens quantitatem pendere à materiâ: poterit ergo id negari, etiam eodem modo, ne hoc miraculum adstruatur.

Vnde probabilius multò videtur, quantitatem non recipere in se immediatè accidentia communia: non enim apparet vlla ratio physica, quâ specialiter probetur, quantitatem esse subiectum eorum accidentium, non verò vnum accidens subiectum alterius, quod tamen apertè falsum est. nam quod quantitas præcedat ea omnia accidentia, non arguit eam esse subiectum illorum; nam etiam primus gradus intensionis præcedit secundum, & tamen illum non recipit; item primæ qualitates præcedunt secundas, quas non recipiunt in se; ergo nec quantitas recipit accidentia, etsi illa præcedat. Aliunde autem non est vlla excogitabilis ratio; ergo.

SECTIO III.

An possit dari corpus completum simplex.

NON querimus, vtrum possit esse corpus carens partibus integranibus (huius enim difficultatis solutio pendet ex dicendis Disputatione 1. de Animâ à num. 48. de conceptu rei materialis) sed vtrum possit dari corpus completum non compositum ex materiâ & formâ.

Recentiores aliqui id acriter negant, Primò, 38 quia tale corpus non posset esse vegetatiuum, vegetatio enim fit inter subiecta qualitibus contrariis affecta; illud autem corpus non posset qualitibus contrariis affici, quia non haberet subiectum capax formarum substantialium, quæ posset expelli per contrarias dispositiones. Deinde neque illud esset sensitium, nam sensatio fit mediò calore aliisque primis qualitibus, quarum non esset capax illud corpus. Denique nec posset esse non viuens; nam esset actus completus subsistens, & esset perfectius animo rationali, quod est impossibile; ergo repugnat tale corpus simplex compositum.

D d

Sed

Sed contrā Primò, quia illud corpus posset esse vegetatium, quatenus haberet virtutem ad vniendas sibi alias partes eiusdem corporis, sicut aqua sibi vnit alias aquas guttas: quia verò illa actio vniendi nouam partem, non posset ab extrinseco agente prouenire in eo corpore, sicut potest in aqua, idè esset actio immanens & vitalis, differretque ab actione quā aqua sibi alias vnit partes.

39 Hanc solutionem impugnant hi Primò, quia ea sola corpora augentur ab intrinseco, quae corrumpuntur ab intrinseco, item corpora diuidua sunt corruptibilia, nam tandem vniuntur ad aliquam minimam partem, in qua non posset conseruari illud corpus; ergo cum illud corpus esset completum & simplex, esset ex vnā parte incapax corruptionis, aliunde verò capax, quia posset diuidi, si esset capax augmenti ab intrinseco: hæc autem manifestè repugnant, ergo. Respondeo, falsum esse, rem diuiduam esse corruptibilem: nam materia prima est diuidua, & non idè est corruptibilis, quod miror ab obiciente non fuisse notatum. Nec refert, quod materia etiam habeat formam, quia tunc maiorem vim habet instantia. Si enim materia & forma possunt in qualibet minimā parte conseruari, à fortiori poterit vnū corpus simplex esse, quod possit in quacumque paruitate conseruari, quod posset esse capax augmenti & diminutionis, non tamen idè corruptioni substantiali obnoxium. Certè hoc tam clarum est, vt mirer potuisse concedi corpori composito ex materia & formā capacitatem diuisionis sine corruptibilitate, & id negari corpori simplici.

40 Secundò dicit fortè aliquis, etiam illud corpus posse esse corruptibile; quod videtur ostèdi ex recentiorum impugnatione, idque sine vllā inde secutā contradictione; quia si quæ formæ sunt quæ destruuntur non ex dispositionibus contrariis, sed ex diuisione, quia scilicet non possunt esse in tam parua materiā, cur ergo non posset etiam esse aliud corpus simplex completum, quod ex diuisione destrueretur, eo ipso quod dissolueretur vnio continuatiua?

Dices fortè, Illud corpus crearetur, & consequenter non posset destriui à creaturā, quia nec ab ea creatur. Sed contrā Primò, quia multa possunt destriui ab aliquibus agentibus, quæ ab ipsis non producantur. Contrā Secundò, quia vnio continuatiua partium illius corporis non crearetur, sed generaretur, illa autem posset destriui ab agente naturali. Vnde etiam Deus teneretur tunc cessare à conseruatione creaturā illius corporis; sicut nunc, quando carnifex destruit vnionem continuatiuam capitis cum collo, indirectè obligat Deum vt cesset à conseruatione vnionis animi cum corpore.

41 Adhuc tamen hæc solutio non placet, eamque efficaciter impugno, Quia agens naturale non potest destrui vnionem continuatiuam, nisi separando partes quæ antea erant vnite: at ibi non posset fieri separatio, quia si separantur, ergo iam manent ambæ in rerum naturā, ergo non destruerentur. Confirmo: vnio illa deberet destriui vel per formam contrariam, vel per defectum subiecti, vel per subtractionem concursus, nec alius modus, quo destrueretur, potest excogitari: sed vnioni non est alia forma contraria,

quā separatio partium, quæ ibi non habet locum; ex defectu autem subiecti non posset id fieri, quia inde sequeretur vnionem destriui, quia destruitur subiectum, & non è contrario subiectum, quia destruitur vnio (prout volebat responsio supra data;) nec ex subtractione concursus potest, quia vnio illa non conseruatur à creaturā.

Hæc replicæ conuincunt intentum, scilicet non 41
videri posse esse corruptibile ab agente creato, id quod ab ipso immediatè non conseruatur, nisi per introductionem alicuius rei illi repugnantis, quod in substantiā simplici non habet locum. Tamen adhuc posset sustineri, illud corpus esse corruptibile, non ab agente extrinseco, vel per separationem, sed quia, vt dixi supra Disputat. 1. num. 14. & fusiùs Disputat. 1. v. de Anima à num. 212. potest esse aliqua res ex se durans per aliquod tempus, quæ sine contrario postea pereat; tale ergo posset illud corpus esse, ergo ex hac parte posset esse vegetabile, etiam si tibi concedam, vegetationem essentialiter requirere corruptibilitatem, quod adhuc falsum esse, in solutione primā ostendi.

Tertiò respondeo, illud corpus esse posse sensitiuum sensationibus diuersæ speciei à nostris, & quæ à quatuor primis qualitatibus non penderent, & consequenter non esset corruptibile. Hanc solutionem ipsimet arguentes fatentur difficulter posse impugnari; dicunt tamen, inde sequi, tale corpus futurum perfectius & imperfectius animo rationali, quod repugnat; imperfectius, quia omne corpus est imperfectius spiritui; perfectius, quia esset actus subsistens completus non respiciens compositionem, quod essentialiter dicit maiorem perfectionem, quā esse actum informantem. Hoc argumentum nullum prorsus est, quod sic ostendo euidenter: abstrahendo enim ab hac quæstione an sit possibile tale corpus in quā tu negas, ego affirmo. Rogo, an conceptus actus completi simplici, siue sit spiritalis siue non, sit tam perfectus, vt repugnet contrarij aliunde hunc excessum compensari, necne. Neque enim datur medium. Si affirmes, ergo male dicis, omnem rem spiritualement esse perfectiorem omni materiali, nam animus noster est spiritalis; quia verò dicit ordinem ad compositionem, absolute exceditur à corpore nō composito, & tunc non sequitur, quod excedatur & non excedatur, sed præcisè sequitur excedi.

44 Quod si dicas, conceptum actus completi simplici non ita esse perfectum, vt aliunde non possit æquari, imò & superari; tunc ego dicam, animam, licet excedatur ab eo corpore in hoc conceptu simplicitatis, quia tamen aliunde habet in compensationem spiritualitatem & vim intellectiuam, ac volitiuam, esse absolute nobiliorem.

Arguens autem, vt argumentum ipsius habeat vim, supponit id quod deberet probare, scilicet conceptum rei spiritalis esse supra omnes alios conceptus, nec aliunde esse æquabilem, etiam si dicat ordinem ad compositionem; & præterea aliunde supponit, conceptum rei incompositum esse supra omnes alios, etiam si ea sit res materialis, in quo supponit ipse duo contradictoria, quæ de animo postea vellet inferre: qui modus argumentandi nullus omnino est, sicut, si quis diceret, Res incorruptibilis, quæcumque illa sit, est perfectior

41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

lis, transeat hoc nunc; non tamen ideò de conceptu creaturæ erit, esse capacem mutationis substantialis, vt patet in Angelo, & in ipsis formis substantialibus respectu aliarum formarum; unde non valet consequentia à capacitate accidentalis ad capacitatem substantialis formæ. Adde, per vnionem continuatiuam substantialem, posse tale corpus aliquam habere substantialem mutationem.

Tertiò alij: Quia illud corpus non constaret materiâ, ergo non esset materiale. Nego consequentiam, quia ostendam Disput. 1. de Animâ à num. 97. materialitatem non consistere formaliter in ordine ad materiam, sed in ordine ad impenetrabilitatem, quam haberet illud corpus.

Denique potest argui ex Aristotele docente, omne corpus esse compositum. Respondeo, Aristotelem solum fuisse locutum de corporibus quæ de facto dantur, de possibilibus autem per potentiam absolutam nec verbum, quia nec talem potentiam agnoscebat, qui Deum ex necessitate naturæ operantem fingeat.

Contraria ergo sententia omnino tenenda est, quia non est negandum omnipotentie diuinæ, quod non inuoluit saltem apparentem contradictionem, qualis non reperitur in tali corpore simplici, vt ex solutione eorum quæ possunt afferri, ostensum est. Et confirmatur: quia sicut in ordine spirituali datur substantia incompleta, qualis est animus rationalis, & etiam datur substantia completa simplex, qualis est Angelus; ita etiam in ordine rei materialis videtur posse dari & substantia incompleta simplex, qualis est materia, vel forma materialis, & etiam substantia completa simplex, quale esset corpus de quo loquimur; est ergo possibile de potentia absolutâ. Imò & nonnulli contendunt, illud de facto dari, esseque cælum empyreum, quia pulchritudo vniuersi videtur exigere, vt sicut dantur substantiæ spirituales simplices & completæ, ita etiam dentur de facto substantiæ materiales simplices & completæ. Probabilis coniectura pro existentia actuali talis corporis, possibilitas verò illius certa est ex antè dictis.

Aduerte, prædictum corpus si produceretur, producendum actione creatiua, quia esset independens à subiecto, sicut supra diximus de materiâ primâ; verum tamen est, vnionem integram partium corporis illius generabilem fore, quia subiectionetur in ipsis partibus, sicut etiam in simili diximus de vnione continuatiuâ partium materiae.

